

liæ Slon. Ac si dicat: Tu Deus sancte me eripis ab imminenti periculis, à Saulis insidiis, à cæde, quam mihi minatur, vt te laudibus celebrem in locis publicis Hierosolymæ. Vocatur etiam porta mortis, & exitus vita contaminata, & flagitiis irrecita: contra verò porta vitæ dicitur vita sancta ab impunitate scelerum, & in virtute, & constantia, & recta viuendi ratione constituta. Ad id respexit dominus Iesus, cum dixit capite Matthæi septimo: Intrate per angustam portam: quia lata porta & spaciola via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam. Quoniam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. De hac porta scriptum est Psal. 117. Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Et Psalmo 86. Dilige Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Vbi iuxta Hieronymi sententia non loquitur Dauid de Sione terrena, nec de portis illius vrbis in monte illo scite, quas scimus esse in puluerem conuersas: sed de vita bene acta, de fide, spe, & charitate, ceterisque virtutibus, quibus patet aditus ad celestem Sionem, ad æternam Hierosolymam, vbi sancta & admirabili splendore fulgentes requiescunt.

Matth. 7.

Pf. 117.

Pfal. 86.

Hieron.

ANNOTATIONES EX  
Hebræo in caput secundum.



*Conterritus est spiritus eius.*

In Hebræo est: *וַיִּתְרַחַם רוּחוֹ*

Vatithpahem Rucho. Verbū

est *וַיִּתְרַחַם* Paham, quod signifi-

ca: conterrere, conterere, cōrūdere, palpiare, agitare, turbare, confundere.

Pagnin. Pagninus vertit: Conterritus est spiritus eius. Alij: Agitatus est spiritus eius.

Gen. 41. Eodem modo habet litera Hebræa Genesis quadragesimoprimo, vbi loquens de Pharaone somnis turbato ait: Facto mane pauore perterritus. Quæ verba possunt ita verti: Facto mane conterritus est spiritus eius. Reuchlinus in vocabulario vertit: Palpitauit spiritus eius.

Reuch.

Oache.

Alij: Palpitauit cor eius. Paraphrasis Chaldaica habet: Conturbatum est cor eius. Vatablus: Confirmatum est cor eius. Quibus modis hic Danielis locus transferri potest. Ita etiam verba illa quæ paulo post protulit Nabuchodonosor.

Et mente confusus: possunt verti: Et conturbatus est, vel conterritus est, vel confusus est spiritus meus. Eodem verbo vtiur psalmographus Psalmo septuagesimo sexto cum ait: Turbatus sum, & non sum locutus. Ac si dicat: Tanto pauore conterritus sum, vt loqui non potuerim. Ab hoc verbo derivatur Paham, quod significat pedem, quod conterit terram. Significat etiam maleum, quo aliquid contuditur, & teritur: & manum quæ terit & conundit. Hoc vocabulum numero multitudinis assert Dauid Psalmo septuagesimo tertio, pro quo Septuaginta transtulerunt *וַיִּתְרַחַם*: quos secutus noster interpres vertit manus, dicens: Leua manus tuas in superbias eorum. Vt sit sensus: Castiga domine à sperè impiorum superbiam. Qui enim vult aliquem duriter verberare, manus extollit, vt vehementius inferat flagellū.

Poteit locus ille ita verti: Leua pedes tuos in superbias eorum in finem. Hoc est, cōculca, & contunde sceleratorum insolentiam & arrogantiam vsque ad extremum. Vel: extolle maleos tuos: vel terrores tuos in dissipationem eorum in perpetuum. Significat quoque Paham vicem, & Pahamim in numero duali bis: vt Numerorum 20. Percutiens virga bis filicem egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet, & iumenta. Dixitque dominus ad Moïsem, & Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israelis, non introducetur hos populos in terram, quam dedi eis: Hæc ibi. Ex quibus colliges Moïsem, & Aaronem illic in crimen incidisse, propter quod Deus eos puniuit. Sed quoniam in hunc incidit locum, non puto incommodum esse explicare, in quo viri illi peccauerunt. Chrysoſtomus homilia sexta de penitentia ait peccatum illud fuisse ingrati animi crimen. Sed ne-

Vatabl.

Pfal. 76.

Pfal. 73.

Nu. 20.

Chryſo.

licio